



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Co[n]fessor primus quis sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

142 C O N F E S S O R I.

tertiò, contra legem Euangelicam, cap. 18. num. 52. vnde videtur teneri confessarius id explicare in confessione. ibidem circa medium.

Confessarius non potest extra confessionem, publicè nec secretò corripere pœnitentem de peccatis confessis, nisi pœnitens significaret id esse sibi gratum, inducendo colloquia vel consulendo super eis. cap. 24. num. 13.

Peccat mortaliter pœnitens, qui aliquid à confessario sibi dictum vel præceptum, reuelat cum notabili detimento vite, famæ, vel bonorum eius. cap. 21. num. 43. No. num. 44.

Vt autem aliquod peccatum cadat sub sigillo confessionis, non sufficit, quod pœnitens flexis genibus & præmisso signo crucidicat Confessario, *Hoc tibi dico sub sigillo confessionis*. Sed requiritur quod illud dicat animo confitendi sua peccata, ac recipiendi absolutionem. cap. 8. num. 17. 18. & cap. 18. num. 55.

C O N F E S S O R I.

Quid sit.

QVI LIBET simplex Sacerdos non præcisus ab Ecclesia potest, & est confessio

fessor idoneus in articulo mortis. cap. 4. num. 1. & cap. 26. num. 26. in Antiquo. Sed cap. 27. num. 271. & serius in Novo cap. 26. num. 26. corrigens hanc sententiam, admittit omnem Sacerdotem, quomodolibet præcsum, excepto hæretico. vide in hoc compend. plura in tit. Articulus mortis.

Quilibet simplex Sacerdos, est idoneus confessor, respectu habentis tantum venialia, vel mortalia; alias rite confessa. cap. 4. num. 1.

Clerici sacerulares non expositi non possunt post Triden. mutuò suas confessiones audire. Bene tamen Religiosi, qui virtute suarum bullarum poterant ante Concil. confiteri clericis sacerularibus idoneis. n. 2.

Timor, quod post confessionem Parochus maiorem habebit sollicitudinem de pœnitente, & minorem estimationem; non est causa sufficiens confitendi alieno confessori. Nec etiam pudor est causa sufficiens, nisi sit adeo magnus ut pœnitentem constitut in periculo tacendi aliquod peccatum. cap. 7. num. 9.

CONFESSOR II.

Qualis esse debeat.

CON